

*Lilybaei (Marsala) rep. (Salinas Notizie degli scavi 1905 p. 216 imaginem).*  
 — 1) *Hic est Antoninus frater gemellus Commodi, defunctus quadrimus, memoratus vit. Comm. 1; ep. ad Front. p. 94. 95 Nab. Eius nomen plenum nunc primum innoscit. Fulvium Antoninum, non Fulvum, eum dici mirum.*

8912 Sabinae<sup>1</sup> | imp. Anton[i]ni Aug. fil. | Heliopolitani.

*Heliopoli Syiae (Baalbek) rep. (III 14387<sup>b</sup> vidi ectypum). — 1) Eadem supra N. 387. 388. Titulus positus vivo patre.*

8913 imp. Caes. M. Aur. [Commodus]<sup>1</sup> Antoninu[s] | Aug. Pius Sarm. Ger. Brit. pont. max., trib. pot. | VI, imp. IIII, cos. IIII<sup>2</sup> p. p. ripam omnem burgis | a solo extractis item praesidis per loca opportuna ad clandestinos latrunculorum transitus oppositis munivit | per L. Cornelium Felicem | Plotianum leg. pr. pr.<sup>3</sup>

*Duna Pentele ad Danuvium, ubi fuit Intercisa Pannoniae inferioris (Arch. Ertesitö 1904 p. 201). Inscriptio paene gemellam, repartam tamen non Intercisae, sed loco ripae Danuvii paullo distante (magis Aquincum versus), dedi supra N. 395. Praeterea ex ipsa Intercisa prodierunt eiusdem inscriptionis exempla non minus quattuor: III S. 10312; III S. 10313 = arch. ertesitö 1907 p. 148; arch. ertesitö 1905 p. 224; ib. 1909 p. 333; quibus addenda sunt frustula exigua III 3330. 3332. — 1) Commodo nomen erasum. — 2) Sic legitur etiam in aliis duabus exemplis huius inscriptionis Intercisae repertis, arch. ertesitö 1905 p. 224 et 1909 p. 333 (in reliquis exemplis numeri perierunt), errore, sane miro, quadratarii Intercisensis; nam tribunicia potestate sextum, imperator quartum Commodus fuit a. 181 (cf. supra N. 393 not. 4; imperator quintum appellatus est a. 182 cf. Eckhel 7, 110), at consul quartum anno denum 183, Britannicus anno denum 184 (cf. supra N. 393 not. 3). In inscriptione paene gemella supra N. 395 est trib. pot. X. — 3) Idem legati (antea ignoti) nomen lectum etiam in exemplo arch. ertesitö 1909 p. 333, eiusdem erasi vestigia enotata sunt ex exemplo arch. ertesitö 1905 p. 224; plane erasum est III 10313 et supra N. 395. Mirum, legati nomen in aliis titulis eiusdem regionis vel adeo eiusdem loci erasum esse, in aliis illaesum mansisse.*

8914 pro salute imperatorum dom. nostrorum L. Septimi Severi Pert. Aug. et M. | Aurelli Antoni[ni]<sup>1</sup> Bassiani<sup>2</sup> C[ae]sar[is] imp. destinati<sup>3</sup>, templ[um] | Victorie Aug[us]torum<sup>4</sup> cultores eius nu. fece., Iulius Em[eritus] flamen perp. imp[er]en[s]is<sup>5</sup> | suis fecit, anno p.<sup>6</sup> CLVIII<sup>7</sup>.

*In Mauretaniae regione, quae Sitifi meridiem versus extenditur, loco dicto Henchir-R'mada (Bull. du Comité des travaux hist. 1904 p. 231 descr. Barbancey; cf. Gsell Atlas archéol. de l'Algérie fol. 26 ad n. 111). — 1) Antoni traditur. — 2) Bassianus dictus filius maior Septimii Severi usque ad a. 196; Caesar factus ab eo abstinuit, neque id reperitur in inscriptionibus excepta hac Africana (de nummo quodam cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 203). — 3) Cf. supra N. 446. — 4) Augustorum, 5) impsis traditur (litterae complures contignatae fuisse putandae sunt). — 6) Provinciae (Mauretaniae). — 7) A. p. Chr. 197. Cf. supra N. 6876 not. 2.*

8915 imp. Caes. | L. Septimio Severo | Pio Pertinaci Aug. Arabico Adiabenico | Parth. max. pont. max., | trib. p. VI<sup>1</sup>, imp. XI,